



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Ad senatusconsul. Macedo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96119](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96119)

quod dominus non potest agere personali actione, sed bene rei vindicatione. Tu dic secundum Moder. quod ista lex declaratur per lea que civiliter de acqui. re do. Nam ea que acquiruntur per actum naturalem, acquiruntur nobis per liberam personam, secus in his, que acquiruntur per actum civilem. Ita hic quando dominus no queritur per actum naturalem, hoc est per traditionem possessionis, sic per liberam personam nobis queritur, vt in princ. huius legis, sed quando per actum civilem, vt per pactum legis commissio non queritur nobis, vt in secundo responsio. ¶ Opp. ff. de usu liti. si quis soluti. s. moza. Dicunt quidam, non queritur domi no directo iure, sed de equitate. Sed tu dic quod regulariter non queritur. Fallit in casibus, qui ponitur Insti. de iuri. sti. s. si quis alia. tamquam in l. multum. s. si quis alte. vel sibi. ¶ Quero quomodo fuit hic conceptus pacta quida dicunt, in persona domini, quod est falsum, vt leum qui, s. si actor. de offi. pec. Notatur in l. stipulatio ista, s. si quis infamam. de ver. obi. Dic ergo quod fuit exceptum in personis procuratoris. ¶ Quero, que est differentia inter dominii obligationem. ¶ Hic dicit, quia iura in re personalia sunt ita in re obli gata, quod separari non possunt. Tu dic quod ratio est ea que pos nitur in lea que civiliter de acqui. re do.

LEX II.

¶ Cum per liberam. Cum per liberam per sonam queritur nobis actio principalis, queritur etiam accessoria, hoc dicit.

ADDITIO.

ALEX. Cum per liberam, Adde l. si, s. si, secundum intellectum Bart. ff. de dona. CLAV. DE SEISS. Cum per liberam, Ad intellectum huius iuris, vide Bart. in l. stipulatio ista, s. si stipuler. et ibi doct. ff. de verb. oblig. c. i. remissio. ibi datus per Alex. et per eundem in l. si ita sit palatus, s. Epistogonus, eod. tit.

LEX III.

¶ Duo vel plures. Dec. l. dicit breuiter. Simpliciter iussu preua let nominatio, sed iussus specialis preualet nominationi.

Ad senatuscon. Macedonia. Rubr. XXVIII.

ADDITIO.

P. PAV. P. Macedonia. An filiusfamilias possit mutuo accipere quando pater est furiosus, vide Aret. in l. cum heres, in prin. de acqui. her. c. An autem filiusfamilias sit tutus in foro con sciencie, vide Panoz. in c. nouit. extra de iudic. Item circa l. Ma cedoniam pater tenetur emere libros filio studente, vide Paul. de liti. con. c. lxxviii. Bart. in l. c. de silentia, lib. vii.

LEX I.

¶ Filiusfamilias cum in potestate. Nota hanc legem quod non valet mutuum, si simpliciter crediderit filium familias, nisi ductus iustis rationibus credat, et.

ALIA LECTURA.

Filiusfamilias asserens se emancipatum a patre, perdit bene ficium Macedonia. Creditus asserenti aduersarij, quando excusetur.

¶ Filiusfamilias. Si filiusfamilias se patrem famil. bis perit, beneficium Macedoniae amittit, hoc dicit. ¶ Ho. quod per hanc legem sepe apponunt notari in contractibus clausulam, talis asserens se emancipatum a patre, et per hoc perdit beneficium Macedoniae. ¶ Sed quomodo possit offendere credidisse non vana simplicitate dicitur. Respondet, eo ipso quod contrarium no probatur. Vide gl. in l. ad idem. ff. de iur. iur. s. si quis dicit se credidisse asserenti. ¶ Sed quero, qualiter poterit probari con trarium, vt quod ipse sciebat sic no esse. Dic quod multi modi esse possunt, inter quos est, si erat ita coniuncta persona, quod verisimiliter ignorare non deberet, vt l. de tutela, ff. de in integrum restit.

ADDITIONES.

P. PAV. P. Si filiusfamilias, istam regulam huius legis, quod rathabitio equiparatur mandato, limita singulariter vt non habeat locum in statutis, nam statutum puniens mandante non habet locum in ratum habente, Balan. c. ex huiusmodi, extra de pro cur. ad idem quod voluit Balan. l. obseruatione, s. si, ff. de offi. pro cur. vbi dicit quod stante statuto quod matrimonium non pot

fit probari, nisi per instrumentum, non habet locum in ratum habente. Aduerte tamen quod libellus de mandato in rathabitio ne locum obtinebit, Ant. in c. attestaciones, extra de desp. impu. Item alio modo limita vt per Alex. in l. si pecuniam, C. de neg. ge. Item nota, quod rathabitio non trahitur retro, nisi ad id quod a principio erat inualidum. Bl. no. in l. Julianus ait, ff. qui fati. co. Item limita vt per Alex. consi. ccccxi. Item an et quando actus nullus possit ratificari, vide Ro. consi. lxxv. et consi. ccccxi. Item limita vt per Fel. in c. nonnulli, extra de referi. Item no. quod rathabi bitio non equiparatur mandato, vbi pro forma requiritur consen sus et authoritas alicuius, alias si etiam esset dictum quod no pos sit aliquid fieri sine expressa licentia alicuius, sufficit quod ille pos stea ratum habeat. Vide Rom. consi. cxxxviii. in i. dubio. inci. thesau rarius. Item equiparatur mandato puato, no publico, nec in his que sunt authoritatis, vide Fel. in c. prudentiam, in prin. extra de offi. dele. Item pro limitatione ad regulam, vide per Fel. in c. sicut tuus, extra de mino. Vide tres limitationes per Alex. consi. lxxviii. in v. vol. Item quod non trahitur retro, quando quis ratificat actum qui non fuit gestus nomine suo nec in preiudicium tertij, vide Imolam in l. si homines, s. si fideiusso. ff. de sol. Item sicut rati habitio trahitur retro, et mandato comparatur, eodem modo res probatio actus trahitur retro, et prohibitioni a principio compa ratur, vide Bar. in l. Pomponius, la. ff. de neg. gest.

¶ Beneficium Macedoniae. Adde Bald. in l. si, s. si aduer. rem iud. vbi dicit hoc verum si gessit se pro libero per 2. annos, et refert, et sequitur Alex. de Imolam in l. si, s. si quis patrem, ff. co. ti. in apostil. ad Bartol.

LEX III.

Testis deponens super publica voce, et fama, si dicat se scire, quia sic dicitur, non probat.

¶ Enodorus. Exceptio senatus scilicet cessat in quinq. casib. hic expressit. h. d. ¶ Quero, testis interrogatus si de hoc est publica fama et vox, dicit quod sic, interrogatus quomodo scit, dicit quod sic publice dicitur, vtum probet. Dic videtur tert, quod sic. In contrarium est veritas quia potest publice dici per vnum, ergo ratio ista non probat, vt l. non nudis, l. nou. epistolis, s. de prob. non obstat hic ter, quia hic ponitur iuris ministerium, vnde ad probandum illud quia sic publice dicitur, requiritur quod ea que agebat, que contrahebat publice, vt sic videatur ab omni bus, vt s. eo. l. iij. *

LEX III.

¶ Filiusfamilias aliquid. Rathabitio retro trahitur et mandato comparatur, h. d.

ALIA LECTURA.

¶ Filiusfamilias aliquid. Origo actionis inspicitur quando mutatione facti ratio non mutatur, h. d. ¶ Op. gl. de l. licet, s. sed si filius, et seq. ff. de pec. Bl. no. soluit. Tu dic, quod hic ex mutatione tituli non contingit mutatio rationis, secus in l. contraria. ¶ Ista lex facit ad questionem, si ego emerem, et fecisti refutationem de pretio, deinde istud statim promisi ex alia causa, quod non debeat solui, nisi vna gabella.

LEX III.

¶ Permittente. Voluntas patris tollit exceptionem Macedoniae, contra personalem, et hypothecariam, h. d. *

LEX V.

Pater quando teneatur emere libros filio studente.

¶ Macedoniae. In mutuo ad vsus necessarios cessat Macedoniae: actio de peculio finita patria potestate est annalis, actio quod iussu perpetua, h. d. ¶ Op. h. c. lex videtur si bi contrariari, in principio inuit patrem teneri in solidum, in se cundo responsio ipsum teneri de peculio. Sol. dicit gl. Aut quis expedit pro filio in tale causam, qua pater habet necesse facere, vt emere filio libros postquam misit eum ad studiu, et loquitur utud principi, alias secus, et ita loquitur secundum responsum. ¶ Ho. gl. que inuit qd ex quo pater mittit filiu ad studiu, pater habet necesse emere libros. In contrarium videtur quod hoc procedat ex mera voluntate, vt l. que pater, ff. famil. erci. Puto quod quedam est disciplina communis, vt quis addiscat legere, et scribere, et ad istud pater tenetur, vt l. qui filiu, ff. vbi pup. educa. debe. Quedam est disci plina, no communis, vt addiscat leges, vel alias scientias, et ad istud no tenetur pater, d. l. que pater. Hec obstat glo. ista, qz inteligo, qd pater habeat necesse emere libros, stante illa voluntate qd itudeat cum sine libris studere non possit, nam si vellet mutare voluntas nem, possit. Dic vt ff. famil. erci. l. si filia, s. idem. Ultimo materiam huius legis declarat gl. in l. sed Julianus, s. quod, ff. eo. *

Bart. Prima super Lod. 3 19

LEX

VI.

Fili appellacione facta a lege venit nepos et interpretacione extensiva.

Filius tuus. Dec exceptio tuetur patrem conuentum actione de pec tu filio. Item appellatio filij facta a lege porrigitur ad nepotes. h. d. Simile habes in l. filium habeo. ff. eo. Et aduerte, quia lex dicit, porrigitur, quasi dicat quod hoc est ex interpretacione, extensiva, non quod comprehendatur ex propria significacione. Dicit in l. liberorum. ff. de verb. sig. z ff. de libe. z posthu. l. Gallus. s. j.

LEX

VII.

Ratihabitio retro trahitur, z mandato comparatur. Artificer accipiens pecuniam mutuo, in dubio videtur accipere occasione sue artis. Si paterfamilias accipiens pecuniam mutuo, quando in dubio videtur accepisse pro familia nutrienda, z num. 7. z num. 8.

Filiusf. citra patris. Ratihabitio sicut voluntas precedens, impedit exceptione Macedoniam. Item presumitur, militem mutuum, qd accipit, in causa militie accipere. h. d. C. No. rathabitio nem retro trahi, z mandata to equiparari. Contra de acqui. here. l. si quis mihi bona. s. iussum.

Quis sicut voluntas precedens, impedit exceptione Macedoniam. Item presumitur, militem mutuum, qd accipit, in causa militie accipere. h. d. C. No. rathabitio nem retro trahi, z mandata to equiparari. Contra de acqui. here. l. si quis mihi bona. s. iussum. sol. b. i. u. ut intelligas l. in gl. alle. Quandoque consensus alicuius requiritur certo tempore limitato, z tunc rathabitio sequens nil operatur. d. s. iussum. z l. obligari. s. tutor. ff. de auct. tut. z l. quid ergo. in prin. ff. de his qui no. in fa. Quandoque consensus alicuius requiritur certus, intra certum tempus, z tunc rathabitio sequens sufficit, dum tamen adueniat intra illud tempus, vt d. l. bonorum, rem ra. ha. z l. de appel. recti. Quandoque consensus alicuius requiritur nullo tempore limitato, tunc habent locum rathabitio nem retro trahi, z mandato comparari, de qua per Dy. in c. rathabitio. de reg. iur. in vi. Multa dicit in d. l. bonorum, rem ra. ha. C. Quo nio ad fi. ex quo nota antequam intrem gl. quod si artificer accipit pecuniam mutuo in dubio videtur accipere causa artis sue, quod est multum not. C. Item facit, paterfam. accipit pecuniam mutuo, postea reperitur emere frumenta pro nutrienda familia sua, quod in dubio videtur recepisse mutuum pro illa emptione facienda. Ad hoc optime j. de pig. l. i. z ibi dicam aliquid. C. Querit gl. veru. i. exceptioni Macedoniam possit renunciari. Et determinat qd non, quando exceptio non inducitur principaliter in fauorem alicuius, sed in alicuius odium non potest ei renunciari, z ideo exceptioni excommunicata, vel banni, renunciari non possit, z similitum. Item aduerte, quia glossa loquitur multum obscure, inquit enim, an ipse filius possit renunciare, nam ipse idem factus sui iuris renunciare possit, vt l. j. s. eod. Item z pater eius potest renunciare, vt hac l. z s. l. priori.

ADDITIO.

Quod in dubio. Adde Alex. de Imo. in consil. xlvj. circa fin. in v. vol. z pro hoc facit, qd quando res geritur, vel actus factus reperitur, in dubio presumitur factus secundum consuetudinem, l. vel vni uerisim. ff. de pig. acti. z l. quod si noluit. s. qz assidua. ff. de ed. l. edic.

Sinautem miles. In filio militante cessat senatusconsultum Macedonianum. C. No. hunc finem valde, z facit ad hoc in dubio, qd quando scholaris acceperit pecuniam, videtur eam expendisse in causas scholasticas necessarias. Et per hoc possumus dicere qd quando pater accipit pecuniam mutuo tempore charistie, quod in dubio presumatur expendisse in alimentis sue familie, z suis. C. Et quod in dubio si aliquid emit pro se, vel pro suis, intelligatur illam pecuniam in illam causam expendisse, ar. optimum, imo quasi casus. j. de pig. l. i. in prin. zc.

ADDITIO.

Expensis. Modum probandi pecuniam, in talem causam expensam, vide que no. Bar. in l. que sub condi. ff. de condi. insti. z quod ipse no. in l. i. C. de iur. delib. z dictum Bart. hic alegat Bal. in l. Macedoniam. s. eo. per istum. s. quod mater non presu mitur expendisse pecuniam mutuatam in mercimoniis, z in mercatorie. filiofa. cessat hoc senatuscon. secundum Bal. l. i. z vide Bald. ibi si statutum dicit quod non possit contrahi cum filiofa, nisi sit mercator, pone quod mercatur, z non contrahit in causa mercantie, z ad Bar. hic adde que no. Bar. in l. i. predium. j. de pred. min. Bart. in l. i. ventri. s. si. de p. uileg. cred. C. ADDE Qualiter probetur, quod pecunia fuerit expesa in causa in qua fuit recepta. De. de anc. conf. vit. z in quantum in apostilla ponitur de statuto quod non possit contrahi cum filiofam. nisi in causa mercantie, vide De. de Ancha. consil. ccccj.

Ad senatuscon. Velleia.

Rubr. XXIX.

ADDITIO.

P. PAV. P. C. Velleianum. Circa hanc materiam Velleianum in Roma. singulari ceteru. incip. tu say. vbi ponit an si contrauoluerem indemnem, tuc inueter Velleiano. Itē non procedit probatio Velleiani quando in causa sua intercedit. Vide exempli probatum, z ibi Jaf. in l. de die. s. j. ff. qui satis. cog. An autem possit nunciare Velleiano, z an credatur notario dicitur se certiorasse licerem, vide ad Bart. in l. i. ff. eo. Item an valeat renunciatio, z requiratur certioratio, vide Alex. in l. in repudianda. ff. de acqui. h. d.

LEX



Alieribus. Ad euidenciam totius tibi debes scire quod senatusconsultum Velleianum habet tria remedia. Anum remedium excoisozum, per qd mulieres intercedentes ab obligacionibus eximuntur. Aliud est remedium reuocatozium, per quod muliere subducta de medio restituitur in veterem debitozem. Tertium remedium est inuolozium, per quod actio instituitur de nouo in eum, qui debet debitor, pro quo mulier obligacionem suscepit. De primo medio loquuntur quasi omnes leges huius tituli, de duobus, vltimo mentio in l. i. paternam, z in aliquibus alijs. j. eod. tit. zc.

ADDITIO.

IO. FR. R. V. C. Tria remedia. Adde Paul. de Cast. hic, dicit quartum, scilicet repetitorium.

ALIA LECTURA.

In contrahente cum muliere, an requiratur scientia, Statutum puniens contrahentem cum fozenis, an requiratur scientiam. Velleiano renunciatur, z quot remedia habeat. Alieribus. In alieribus intercedentibus, non donantibus, succurrit Velleiano. h. d. C. Et hoc prin. cum qua. glo. hic. positio no. quumque modis intercedendi, vide ter. z gl. C. Secundo not. qd requiratur scientia eius, qui cum muliere contrahit. Ad istud op. de l. i. v. i. circa princ. ff. eod. Vnius timore glo. hic. distinguit, vide cam. Et in istis duobus vltimis, scilicet quando vterque ignorat, vel quando mulier scit, z creditor ignorat, intellige si creditor potest aliquid imputari, quia magis sollicitus esse debuit. d. l. i. v. i. in prin. no materiam z istam ad infinita, dicit statutum, si quis contrahat cum fozenis, certe debet intelligi de eo qui scit, vel scire debet contrahere cum fozenis, facit. s. rit. j. l. i. C. Querit gl. vtrum Velleiano possit renunciari, z determinat quod sic, dicam in l. i. j. eo.

LEX



Rustra. Velleianum non subuenit mulieri, obligat principaliter, vel in effecta.

LEX



Icum ipse. Mater intercedens pro filio suo obligat, pro alio non, cum pecuniam soluit ab ipso hoc dicit. H. lo. opponit z soluit.


LEX

Patiens rem suam obligari, quando videatur consentire.




Sine. Tres casus ponit. Primo quando consentit. Secundo quando consentit mulier pignori non consentit, inuatur ipso iure, accipit, nullo modo. Nota secundum gl. quod quatuor rem suam obligari, videtur consentire. Contra. ff. de pig. acti. l. i. Causa. Dicit gol. aliud in venditione, aliud in pignore, quare mea obligari non potest me inuito, sed vbi sic, vnde in obligacione contradicendo poteram impedire, secus in venditione, non nostri hoc reprobandum, z dicunt idem esse in obligacione qd in venditione. Nam ille qui est pignus, z patitur, non videtur consentire nec obit. hec lex. qz hic volebat decipere, vt ter. dicit. z ratio per assignata non est bona, qz ita potest constitui obligario in pignore ex contractu pignoris, super re aliena, vt l. tutor. s. cotraria. de pig. actio. sic in venditione, quatenus ad tus reale in pretudicio dicitur, non potest aliquid fieri, neqz per venditionem, neqz per pignus.

LEX



Mater. Si promittatur indemnitatis, cessat Velleianum, secus si non.

LEX



Psciens. Velleianum inuatur muliere, z herede pignozis facit non valere.

LEX

VII.